UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1858

LXIX. Der Rath zu Stendal befreiet einen Garten und gewisse Hebungen, womit Johann von Vinzelberg den Marienaltar in der Jacobikirche dotirt hat, von den städtischen Abgaben, am 30. September 1307.

Nutzungsbedingungen

urn:nbn:de:hbz:466:1-54890

Visual Library

ceſſores ſuper dictas libertates aggrauare ullis petitionibus aut importunitatibus perpetuo non debemus nec volumus ullo modo. Si autem contingeret ſepedictam civitatem ad noſtrum et noſtrorum hereditariorum ſucceſſorum dominium deuolui, quod deus auertat et quod abſit, tunc nos et noſtri hereditarii ſucceſſores per noſtros milites et vaſallos ſepedictis burgenſibus pro talibus libertatibus cautionem faciemus condignam et plenarie ſufficientem. Vt autem premiſſa univerſa eiſdem inconuulſa perpetuo teneantur, preſentes litteras ſigilli noſtri munimine roboratas ipſis dare juſſimus in teſtimonium et munimen. Actum et datum anno domini milleſimo treſcenteſimo (ſexto) in vigilia Katharine, per manum Bartoldi dicti Sloteken, noſtre curie Notarii.

Nach dem Originale des Stendalſchen Rathsarchives No. 38, worin die Jahreszahl jetzt durch Mauſefraß vernichtet iſt, während Gercken (Diplom. I, 31) dieſelbe noch vollſtändig geleſen zu haben ſcheint.

LXIX. Der Rath zu Stendal befreiet einen Garten und gewiſſe Hebungen, womit Johann von Vinzelberg den Marienaltar in der Jacobikirche dotirt hat, von den ſtädtiſchen Abgaben, am 30. September 1307.

Nos Conſules vniuerſi Ciuitatis Stendale in Marchia criſti fidelibus vniuerſis preſentia percepturis Salutem. Qvoniam geſta hominum ſeu gerenda crebrius a memoria cunctorum pereunt, niſi litteralibus inſtrumentis vel linguis, Teſtium memorie percipiant firmamentum; Inde eſt quod ad noticiam tam futurorum quam preſencium cupimus peruenire, manifeſta recognitione publice profitentes, Quod diſcretorum noſtrorum accedente conſilio, ob reuerentiam Dei et divinum cultum ampliandum, Ortum, qui Henepſtat nuncupatur et proprietatem duorum talentorum, quando Conſules comparauerint, quibus Dominus Johannes de Rineſberge altare Virginis Marie in Eccleſia beati Jacobi apoſtoli in Stendale dotauit, a conſagittacione et collecta qualibet, quocienſcunque in Civitate colligitur, perpetuis temporibus dimiſimus libera et ſoluta. In huius ſiquidem libertatis evidenciam ampliorem preſentes literas conſcribi juſſimus, ſigilli noſtre Civitatis munimine roboratas. Actum et datum anno Domini Milleſimo Treſcenteſimo Septimo, feria ſexta proxima poſt feſtum ſancti Michahelis archangeli. Preſentibus nobis Nicolao de Schadewachten, Hinrico de Ierchowe, Iacobo de Sluden, Henningo Hoieri, Berengero Stormone, Johanne de Calue, Jacobo Slauo, Nicolao Guntero, Eggerdo de ſtenuelde, Kriſtiano parvo, Henningo Ghiſonis, Conſulibus, atque Ghiſelberto de Schadewachten, et ceteris pluribus fide dignis.

Nach dem Orig. im Pfarrarchive der Jacobikirche in Stendal.